



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

8. Duplici conclusione negans sententia stabilitur, & ab oppositis
vindicitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

cati permissionem vellet, sed ipsum peccatum, sine quo eius passibilitas, & merita passionis, & mortis, quibus obtinenda à nobis erat gloria, esse non poterant: immò iuxta Soanij doctrinam, & consequentiam. 3. part. tom. 1. d. 5. sect. 3. peccata etiam flagellantium, crucifigentium, &c. quæ passivè à Christo recepta, passio meritoria, & satisfactoria ac redemptio nostra erat à scelestis ipsorum actione reipsa indivisibilibus, ac eadem. Secundo: si Christus post prævisum peccatum Adæ, & originale fuit decretus, atque ob ipsum electio hæc prædestinatorum ad gloriam facta, cum absque illa, atque ex sola inefficaci intentione gloriæ tantum Redemptoris, & redemptionis beneficium, & gratia collata nobis est, cur non ex inefficaci intentione auxilia ad perseverantiam finalem, longè maioris æstimationis nobis provenient? Item cum gratia auxilia Adamo in statu innocentie prouta, & providenda cuius ceteris si non peccasset, neque hi originale contraherent, & quibus in statu innocentie perseverarent, & salvarentur ex simplici intentione salutis eorum provenirent, cur non & post prævisum Adæ, & originalia nostra peccata decretumque Christum Redemptorem: siquidem tanto Redemptore decreto & habito intentio illa inefficax tantum habebat tamque validum motum, ut ad auxilia efficaciam perseverantiam adeo obtinenda luaretur? Congruæ quidem rationes istæ sed admodum efficaces non sunt. Prima de necessitate amandæ peccatum non videtur si Christus absolute ante illud prævisum decretus sit, & conditionatè solum Redemptor passibilis, si peccatum posteriori signo eveniat, ut plures Theologi sentent: sed nec si absolute etiam passibilis Redemptor absolute pro priori ad peccatum fuerit decretus: sat enim erit Deo velle peccatum permittere, ut causa, & intentio redemptionis passibilis Deus non cadat; est absque peccatis nequeat obtineri, ut de peccati permissione cum Soario licet propria ratione dicemus d. 5. de effectis prædestinationis illum prædestinationis effectum esse ostendentes. Ad reliqua constat decreto & habito post peccatum Redemptore tanto motum adeo excellens potentique Deo extitisse, ut efficaciter ad gloriam prædestinatos, alias absque ipso non eligendos. Ex dictis autem ad primum constat gloriam prædestinatorum per merita penitentiae aliæ quæ peccata supponant vel prædestinatorum vel aliorum ipsos per iniuriam & nefas exercitium efficacem esse posse, quin Deus ex ea velle peccatum cogatur, ut idem Daza obiciebat.

8. Denique ex Valsq. alij opponunt antecedentè voluntatè & intentione gloriæ, equalem esse ex scriptura in Deo, pro prædestinatis, & reprobis, respectu quorum efficacem non est ut patet. Ergo nec pro prædestinatis; sed illud *vult omnes homines salvos fieri*, non probat intentionis salutis pro utrisque æqualitatem, cum absolute verum sit, utrumque salutem à Deo intendi, etsi impensius prædestinatorum salutem intendatur: quod ab huius intentionis efficacia intrinseca præcendendo satis verosimilius respondet Soarius quam admittendo unam salutis intentionem pro omnibus æqualem, addendoque efficacem aliam pro prædestinatis ut admittit citato loco & putat probabiliorē i. p. tract. de prædestinatione: etenim nemo absque nova ratione, & ex se solum ipso rem eandem efficaciter simul, & inefficaciter intendit, multoque minus absoluta & conditionata voluntate cuiusmodi inefficacem voluntatem salutis omnium Soarius esse affirmat. Maxime cum ex intentione inefficaci illa communia auxilia efficaciam ad actus honestos omnes, & meritorios dari à nobis à Deo possint atque haberi à Deo ad æquata prædestinatio ut supponit ubique contra Dominicanos Recentiores, idem Soarius, immò ex eiusmodi intentione ad plures actus meritorios, & honestos virtutisque excellentiores, & absolute perfectiores, quam sit prædestinatorum plurium finalis penitentia & conversio non paucis reprobis dantur: ergo & ex eadem inefficaci intentione poterunt dari dabunturque auxilia efficaciam ad finalem penitentiam prædestinatis, quin efficaciam alia intentio salutis ipsorum præcedat. Ac tandem cum prædestinatis etiam auxilia sufficientia aliquot, & pleraque quandoque dentur, aliæque efficaciam, atque alia aliis inter se, & ad eundem finem subordinata ex eadem certe finis intentione debent subordinari, & conferri, quia

sufficientia ab inefficaci, efficaciam vero ab efficaci conferantur: nequeunt autem ab efficaci sufficientia dari in Soaristarum sententia, qui inter auxilij conferendi, & intentionis ex qua conferitur efficaciam proportionem requirunt, indeque electionis antecedentis prædestinatorum ad gloriam stabilire contendunt: ergo conferuntur, tam sufficientia, quam efficaciam auxilia prædestinatis ex intentione, quæ ad ea omnia subordinanda potens absolute per Soarium est, inefficaci. Argumenta contra negantem nostram sententiam ab æstimatione Patronis ex ratione petita soarum non propono: quia certam, seq. contra unamquamque ex eibus statuendis conclusionibus, dum ea diluciam, proponam.

CERTAMEN VIII.

*Duplici conclusione negans sententiam
stabilitur, & ab oppositis
vindictur.*

1. **D**E facto prædestinati ante merita ipsorum prævisum non sunt ad gloriam efficaciter electi: clausa eligi absolute modo aliquo Soaristico possunt. Habet Patronos quos dedimus cert. 2. n. 8. Probat conclusio: quia per hos Doctores, cum quibus disputamus alijque eiusmodi efficacie antecedente electione prædestinati ad gloriam, & prædestinatio adequatè, & totum subsidium salutis eius certo, & infallibiliter consequens negotium ex inefficacie intentione salutis transigunt, peraguntque à Deo potest. Ergo ex natura rei electio ista intentio illa efficax antecedens gloriæ prædestinati ad eius prædestinationem superfluit. At nullum est fundamentum ad asserendum electionem, seu intentionem efficaciam gloriæ prædestinati ipsius prædestinationem, ac finalem meritum absolute de superfluo antecedere. Ergo non præcedit. Pater consequentia postrema: quia nihil superfluum ad rem aliquam admittendum de facto, & hoc fundamento ad ipsam est. Antecedens vero postrema etiam illationis probatur: quia neque in scriptura, nec Patribus eius electionis asserenda fundamentum aliquod adeft, ut ostendimus cert. 3. & 4. neque vilius à ratione est eiusdem asserenda præsidium, ut ex rationum, quibus aduersarij utuntur propositione examine, & solutionibus iam ostendo: Prima Soarij, & asserendum ratio, intentio finis proportionata esse debet in consequentiori providentia, quantum fieri absolute possibile est, ni mediorum, atque magis proportionata est intentio efficaciam finis salutis, & gloriæ prædestinati cum electione efficaciam mediorum ad eius assecutionem, quam inefficacia eius salutis, & gloriæ intentio: ergo connaturaliori providentia intentio efficaciam gloriæ, & salutis prædestinati cui prædestinationi præcedit, quam solum inefficax intentio, ergo efficaciam intentio de facto prædestinationem omnivis prædestinati antecedit. Pater consequentia: quia in rerum providentia ea de facto admittenda est, quæ conaturalior esse deprehendatur. Cæterum ratio hæc valde exugis est, & infirma: est enim proportio inter intentionem, & electionem, quoad efficaciam in conaturali, seu conaturaliori providentia servanda admittatur (& gratia quidem, cum ex intentione inefficaci in conaturaliori providentia ab omnibus admittenda sit, non cuius electio sæpe à Deo, & à nobis etiam habentur) non infertur servandam esse inefficaciam intentionis, & obiecti electionis, seu medij electi, sed electionem ipsam, inter intentionem autem, & electionem ipsam quoad efficaciam proportio servaretur, est electio medij solum sufficientis esset: siquidem medij illius efficaciam electio foret. Secundo idem Soaristæ omnesque Theologi admittunt reprobis ex inefficaci intentione auxilia plura efficaciam eligi conferrique de facto ad actus honestos, & vitæ æternæ meritorios: plura, inquam, etiam quam eligantur, & conferantur multis prædestinatis: ergo conaturaliori providentia non requiritur ea

proportio efficacie inter obiecta electionis, & finis intentionem. Dices: proportionem eam requisitam non esse inter efficaciam mediorum ad intermedia quæque obtinenda, & finis intentionem, sed inter efficaciam media ad finem intentum v.g. gloriæ, ad quem auxilia illa efficacia reprobis data ad actus honestos intermedios efficacia absolute non sunt: siquidem cum gloriæ intentione affectione, & obtentione absoluta non coniunguntur: Contra tamen est, quia Soarius ipse, & affectus admittunt ad effectus plures per causas naturales, interuentu etiam liberarum obtinendos, ad pluresque actus nostros liberos indifferentes, immò solum moraliter honestos, nec vitæ æternæ (in eius doctrina) meritorios, inefficaciter solum à Deo intentos, media efficacia, & intentum ab ipso effectu habitura, disponi, & eligi ab ipso, atque donari: ergo non requiritur in connaturali providentia proportio, quoad efficaciam medij electi ad finem intentum, cum ipsius intentione.

2. Tertiò: connaturalior hæc providentia ex proportionem seruata, quoad efficaciam intentionis, & electionis inter se, & cum auxiliis, seu mediis ad finem intentum absolute per illa de facto obtinendum impugnatur à priori. Etenim, ubi, nec causis, nec mediis aliquid virtutis, aut debite dispositionis in aliqua providentia à Deo suppletur, nihil connaturalitatis eiusmodi providentia potest defecere: ergo neque potest esse alia, quæ respectu illius fit connaturalior, consequentia est legitima: quia eo, cui in aliqua linea, & ordine nihil deficit, nihil in eadem linea potest esse perfectius & maius: siquidem id, quo in ea linea, & ordine ab alio superaretur, ipsi in ea linea, & ordine deficeret: contra id, quod in antecedente ad consequentiam supponitur: iam antecedens ipsum ex terminis evidens est. Siquidem maior, minore connaturalitas providentia ad aliquid præstandum, aut obtinendum ex eo, quod magis, aut minus, vel virtutis, vel debite dispositionis causarum, & mediorum ad illud habendum per providentiam suppletur defumi necessario debet, atque vnicè potest: ergo summa providentia connaturalitas, & cui nihil deficit connaturalitatis in linea, & ordine providentia connaturalis, inde solum defumi potest, ac debet, quod nihil per ipsam, seu virtutis, seu debite dispositionis ad aliquid intentum de facto habendum, causis, aut mediis suppletur. Pergo iam ex dictis factis. Atque per providentiam causarum, & mediorum, seu auxiliorum efficaciam, quibus de facto intentum prædestinari gloria, & salus æterna obtineatur, atque eorum auxiliorum electio per scientiam mediam directam (& quod ipsum est prædestinatio illius) ex sola inefficaci intentione salutis à Deo habitam, nihil causis, & mediis, quibus salus obtinenda est virtutis, aut debite ipsi dispositionis à Deo suppletur: ergo ex providentia summe connaturalis est, & cui in linea, & ordine providentia connaturalis nihil deficit: ac proinde, respectu cuius nulla alia connaturalior esse queat. Assumptum antecedens probatur: probata siquidem iam est consequentia ex illo deducta. Etenim inefficax intentio salutis, & gloria prædestinari intrinsecam, & naturalem virtutem habet ad movendum Deum, cuiusque voluntatem ad electionem mediorum, seu auxiliorum efficaciam ad salutem prædestinati de facto, absolute, & cum effectu obtinendam, quin aliquid virtutis intentioni illi inefficaci ad electionem, neque huic ad auxiliorum efficaciam appositionem neque his, & voluntati prædestinati ipsi instructæ ad obtentionem absolutam gloriæ per eam providentiam, seu prædestinationem à Deo suppletur: insuper nec quidquam debite his causis mediis singulis, aut omnibus prædestinatione & providentia hæc ex inefficaci salutis prædestinati habita à Deo suppletur. Quia, cum, tam electio illa mediorum, seu auxiliorum efficaciam ad salutem, quam auxilia illa efficacia, ac demum salus indifferentia de se, sunt, vt ex efficaci, vel inefficaci intentione salutis prædestinati apponantur, & proveniant: quare nec ipsi ex efficaci intentione salutis prædestinati provenire, apponi, atque disponi determinatè, connaturalè, ac debitum (soario, & affectis fatentibus) sit, nihil ea providentia, & prædestinatione habita à Deo ex inefficaci intentione salutis prædestinati suppleri, addi, vel omitti, eius est.

3. Hac fors Soarius præsentit: atque adeo videtur rationem hanc suam primam non adeo nudam, & simpliciter efformasse, sed aliis etiam terminis, & administris vestitam, & implexam, vt eorum multiplicitate, & confusione lectoribus perplexitatem, & oppugnatibus faceret difficultatem. Sed pars ea iis, qui non satis solida, minusque solide probant, ac tuerentur, vulgaris, ac trita, nunquam nos decipiet, si singulatis terminis omnes adiunctos euoluamus, & quid, quantumque vniuersique valeat examinemus. Adiungit ergo ad maiorem hanc connaturalitatem providentia, & prædestinationis ex intentione efficaci salutis prædestinati, quam ex inefficaci probandam: id quidem, est ex obiectiva dispositione providentia non requiritur, vt ostensum habemus à nobis est requiri tamen ex perfectione Dei providentis, eiusque benevolentia, ac beneficentia speciali erga prædestinatos. Sed contra primum ex subiectiva Dei providentis perfectione, rogo ita arguam. An eiusmodi providentia, vt efficacia auxilia ad intentam gloriam de facto obtinendam, eorumque electio non, nisi ex intentione efficaci salutis, proveniant ita ad perfectionem subiectivam Dei providentis spectet, vt, ni ita provideat imperfectionem aliquam, siue debite ipsi perfectionis in providendo defectum Deus incurrat, necne? si primum: ergo, contra ipsum Soarium, nequit Deus ex inefficaci intentione salutis aliquem prædestinare, neque ad effectum aliquem nobis libere obtinendum de mediis efficacibus provideat, cum nequeat habere providentiam rei cuiusvis imperfectam debite perfectione priuatam. Si autem absque illa imperfectione positiua, vel privatiua Deus ex inefficaci salutis, vel alterius cuiuspiam effectus libere à nobis obtinendi intentione nos prædestinare potest, ac de mediis efficacibus ad illum de facto obtinendum provideat, nihil ex Dei perfectione defumi potest argumenti, vt de facto non ex inefficaci finis intentione prædestinet, ac de mediis efficacibus ad finem certè & infallibiliter obtinendum provideat, sed efficaci solum. Siquidem ex alterutra intentione, citra omnem imperfectionem, eiusve vmbriam de mediis efficacibus providebit: illud de maiore benevolentia, & beneficentia, gratiaque Dei erga prædestinatos, quam erga reprobos leuissimum est, atque seipso nutans. Siquidem, vt vidimus d. 2. ex dictis controu. 6. de provid. citra efficaciam intentionis, & amoris gloriæ prædestinati potest esse in prædestinatum, eiusque salutem amor impensor, atque intentio maior. Ad beneficentiam vero, & gratiam ampliolem, posita etiam intentionis, & amoris æqualitate dari auxilia efficacia ex scientia conditionata prædestinatis, quin ex simili scientia, quæ reprobis congrua, & efficacia vix sunt, donentur satis fore: id quod non bene negavit Lessius de prædest. sect. 5. n. 5. r. Quod vero postremo affert Soarius Beatissimam Virginem in Deiparam antecedenter ad ipsius merita absoluta de facto electam fuisse iuxta Ecclesiæ vericulum. *Elegit eam Deus, & prælegit eam*: quasi illo præ ea efficacis electionis diuine antecessio denotetur: quod ipsum censet de Apostolorum electione ad Apostolatam ex illo Ioan. 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*. Si autem eam dignitatem prius meruissent, quam Deus ipsis illam decerneret, ipsi potius elegissent Christum, quam ipsos Christum foret dicendum, quare vtrumvis negare singulare reputat Soarius, & absurdum: sed vtrumque negat Valsq. 3. d. d. cit. c. 2. & 4. negandumque esse latè contra Soarium defendit: & quidem illud de electione efficaci Virginis in Matrem ante absoluta merita, ex illo Ecclesiæ vericulo prælegit debili consequentia deducitur. Tum, quia illud præ de antecessione æternitatis electionis ad effectum interpretari quilibet absque impugnatione potest. Maxime, cum id de sanctis Virginibus aliis, Ecclesia etiam canat. Secundo, si Maternitas Virginis ex eius meritis, nec data nec conferenda erat, paritas non est ad electionem ad gloriam prædestinatis ob merita conferendam: sicut neque ab electione in Apostolatam. Si autem ex meritis Dei Mater effecta est præcipua. Contra exemplum hoc, atque contra electionem ad gloriam stabit difficultas. Et tandem his omisiss, cum electio, & Virginis in Dei Matrem, & Apostolorum in Apostolatam ex sola antecedente inefficaci intentione disponi à Deo poterit: vt post præuifa merita efficax electio haberetur: sicuti, & prædestinatio ad gloriam iuxta Soaristarum doctrinam, male ex eo, quod

quod electio ad eas dignitates Virginis, & Apostolorum pro Dei arbitrio antecedens eorum merita efficax fuerit, iactetur, fuisse etiam in prædestinatis ad gloriam electionem similem: est siquidem à libera determinatione Dei circa unum ad aliam omnimodò inconnexam cum illa ad disparatam determinationem eius liberam circa aliud, disparata etiam prorsus illatio.

4. Sit secunda conclusio, electio antecedens absoluta, & efficax ad gloriam in executione liberè à nobis, & contingenter obtinendam est impossibilis ac repugnans, etsi essentia sua per scientiam mediam regulatur, ac dirigatur, & quovis modo explicetur: ita Doctores pro prima conclusio citati præter nostrum Ioan. Præpositum, qui stat pro affirmantibus in quaest. de possibili cit. loc. dub. 7. Porro huius conclusionis probatio, prima probatio præcipua est: cum à potentia ad actum negativè inrefragabilis consequentia sit: est autem efficax ab euctione libertatis, & contingenter obtinendæ à nobis gloriæ in executione huius conclusionis probatio, nisi quæ, non utrumque efficax, sed evidens; si totum eius robur penetraretur, exeratur; tamen si, ut vidimus eius vires totas non omnes eius conclusionis Authores collegerint, & exerceant, ut, evasione ex præsuppositione essentiali scientiæ mediæ ad electionem illam dirigentis ab adversariis tentata, eludi ita minus doctis possit, ut non videatur intentum concludere, idcirco in conclusione hæc nostra expressi, *Etsi essentia sua electio efficax absoluta antecedens per scientiam mediam regulatur, & dirigatur: ut nihil in eo præsidij, atque verosimilis effugij adversariis esse præmonerem.* Ratio autem est, quam dedimus contr. 4. de volunt. Dei d. 6. q. 2. à cett. 3. Vbi actuum nostrorum contingentium, ac liberorum præsuppositiones, essentia etiam sua per scientiam mediam de ipsorum conditionata futuritione directas, ac regulatas, cum eorum libertate repugnare monstravimus: quia, licet ratione scientiæ mediæ, & futuritionis conditionate præsuppositæ logicam solum, & consequenter necessitatem nullatenus cum absoluta concurrentem contingentiam, & libertate pugnantem, extrinsecus, atque à futuritione conditionata ipsorum mutuatam eiusmodi præsuppositiones habeant, tamen ratione infusibilis connexionis cum absoluta actuum nostrorum existentia & futuritione ita antecedentibus præsuppositionibus absolutis essentialis, & intrinsecæ absolute antecedentem naturam necessitatem aliam absolutam existentiam, & futuritionis actuum nostrorum, eorumque subinde libertati repugnantem inducunt: ac proinde ex parte hypothetis adhibita statum alium conditionatum necessarium, ac minime contingentem constituunt à contingentia illi, qui ex hypothetis auxiliij indifferetis intrinsecæ principij, & voluntatis solum constituebatur, fuitque scientiæ mediæ ad electionem illam dirigentis obiectum, atque ea etiam efficaci electione posita (non tamen antecedente ex parte hypothetis adhibita) persisteret: ex parte siquidem hypothetis efficaci illa electione antecedente ad gloriam adhibita statum alium futuritionis gloriæ non conditionate contingentis, sed necessariæ futuritionis gloriæ à prædestinati libertate prorsus independentis constitueret. Hoc argumentum ad formam pressius virgebam citato loco, ubi præfinitorum ex directione, & regulatione scientiæ mediæ tentatas evasiones plures obturato præclusi, ut nihil hic oporteat repetere.

5. Et hæc quidem in quovis modo electionis, siue præcisiuæ à meritis, siue positiuæ à meritis dependenter ex parte obiecti efficaciter à Deo volitæ concludunt: Etsi enim præcisiuæ à meritis electio efficacia sua merita, seu opera nostra non pertingat: quare nec cum eorum absoluta existentia, vel futuritione connectatur, ac proinde neque eorum efficiat absolutam libertatem, at vero cum existentia, & obtentioni absolute gloriæ prædestinati connexa de sese antecedente natura, & causalitate præcisiuæ illa ex parte obiecti à meritis, & operibus prædestinati sit: gloria illa antecedente ad merita non poterit non esse, ut bene Vasquez respondet 3. p. d. 23. Sario contendit ex præfinitione, seu electione absolute gloriæ præcise prædestinati operum eius, seu meritorum libertatem non euertere: quod nullquam à se negatum, oppositumve contendit Vasquez ait, sed solum libertatem absolutam obtentionis gloriæ à prædestinato eiusmodi electione antecedente pessum ire: quandoquidem antecedente ad ope-

ra prædestinati libera non potest non ex efficaci illa electione absolute gloria à prædestinato ita antecedente præcisiuæ ad gloriam electio obtineri. Quod ipsum actum est, licet electio illa dependenter ex parte obiecti à meritis disunctum, hoc scilicet, vel illi à Deo habetur: siquidem cum necessitate antecedente etiam ad humanum vel illum actum, aut opus nostrum, cuiusvis determinati singularis actus, aut operis exercendi, apponendique absolute peritatem libertatem satis ostendimus contrarie Incarnat. de libert. & merito Christi in operibus præcipue disputantes & controu. 4. de volunt. Dei d. 6. q. 3. de electione, seu præfinitione disunctiva ex parte obiecti agunt. Cæterum cum in secundo modo electionis absolute, & efficaci antecedentis ad gloriam conferendam absolute, damque à prædestinato dependenter à meritis, non à meritis vage, & disunctivè, sed singularibus, & determinatis illisque ipsis iuxta Sarium supra sit, quibus obiectum de facto est, nulla illi libertas, quare nec meriti, & ratione libertatis ipsorum secundario gloriæ obtinenti libertas poterit conuenire.

6. Tandem, etsi merita non in particulari, & determinata simul cum gloria ipsis obtinenda, sed vage solum, & disunctivè, efficaciter absolute, & antecedente à Deo obtinerentur, nulla contrarietatis libertas, ut per hanc illud quod peccatum positivum damnetur ita electio ad gloriam prædestinato maneret: ex ea quippe efficaci voluntate impossibile est Deo velle concurrere ad alium actum cum intento efficaciter obiecto incompatible, non minus quam si expressè actum incompatible esse voluisset: ea quippe actus, seu obiecti instanti & vici efficaciter expressè & formalis volitio alterius contrarij incompatible obiecti virtualis volitio efficaciter est ipsi volitioni repugnans, & contradicens. Vnde quicunque aliquid incompatible cum altero efficaciter vult, vultque vult efficaciter omissionem huius alterius incompatible, quæ proinde ipsi, si actus precepti omisso sit ipsi imputatur ad culpam. Cum autem abique voluntate concurrere siue positiuæ siue permissiuæ ex parte Dei absolute, & quatenus per ipsum est efficaci concurrenti ad actum nullus actus positiuus esse à nobis antecederet possit, atque concurrenti ex parte sua ad actum peccati nostrum finale atque prædestinati damnationem ob illud eiusmodi electione ad gloriam atque excludit efficaciter concurrere ad illud à Deo ipsis, impossibile virtualiter sit, ac si formaliter & expressè efficaciter ad illud actum concurrere noluisse: Fit plane omne peccatum finale atque damnationem præsertim ob illud esse absolute in electio antecedente ad gloriam ob merita etiam interminata & vage perseverantæ finali communis potest impossibile: quare & ipsi libertatis contrarietatem, ut per peccatum finale positivum damnatur ita electio prædestinato eripitur, atque aboleri, atque his etiam Oxam, Gualis, Catherini, & aliorum de electione simili aliquorum eximie prædestinatorum tantum, etsi temporarij sunt, confutata: cum nullus ita electi prædestinati contrarietatis, & contrarietatis libertatem possit salubriter absolute ostenderimus. Mittenda denumque memoria (quodam impugnatio) digna in re presentij videtur opinio doctrinæ, Deum prædestinato quædam auxilia gratis, minimè quib. series prædestinationis ipsius inchoetur, ex inefficaci gloriæ intentione eligere, & donare, reliqua vero et intentione efficaci: quæ proinde quasi ab ordinis illius medio mouere Deum ad electionem, donationemque auxiliorum atque motionem suam incipere operari: ea quippe opinio & factis impugnationibus obnoxia est, & ab omni vilo verosimili, & apparenti fundamento procedit dum partem prædestinationis, & ordinis auxiliorum ad ipsam spectantium, & quibus salus de facto obnoxia à prædestinato est, inefficaci intentioni, partem vero efficaci illi, quæ vlla necessitate, aut rationabili congruentia tribuitur, immò vero irrationabiliter: cum omnium auxiliorum præordinatorum, & conditionerum ad salutem de facto obnoxia, ordo, & dispositio ex eodem finis eius antecederet intentione provenire intelligi rationabiliter possit, ac debeat.